

42

D. D. ~~omnibus~~  
DISSERTATIO GRADUALIS  
**LOCA QUÆDAM NOVI TE-**  
**STAMENTI**  
~~omnibus~~ IN VERSIONE SVECANA  
**EMENDATIONIS**  
**INDIGA VEL MINUS**  
SISTENS,

QUAM

*Venia Ampliss. Facult. Philosoph. in Regia  
Academia Aboënsi,*

MODERANTE

MAX. REVER. atque CELEBERRIMO VIRO  
**D:NO ISAACO ROSS,**  
S. S. L. L. PROFESS. Reg. & Ord.

*Publico examini subjicit*

**DAVID SEVONIUS,**

NYLANDUS.

IN AUDIT. MAJORI DIE XXVII. JUN. ANNI MDCCCLXIII.

H. A. M. S.

---

ABOÆ, Impressit JOH. CHRISTOPH. FRENCKELL.

Amplissimo atque Consultissimo DOMINO,  
**D:NO EMANUELI**  
**DEUTSCH,**  
Secretario Regiae Cancellariæ gravissimo.

Plurimum Reverendo at-  
**D:NO DAVIDI**  
Oeconomo Templi Cathedra-  
Avunculis mibi ut carissimis, ita summa

**M**aximi Vestri in me favoris, paternaque inflar-  
cet illas omnique nitore destitutas, Vobis Avunculi Opti-  
mentum, graiissimum animum declarare. Illas vero  
que faveatis, est quod sperans enixe rogo. Meum e-  
publicæ emolumentum, atque Nostrorum omnium sola-  
vovebitque

AVUNCULI  
N O M I N U M

devotissimus  
**DAVID**

Admodum Reverendo atque Praeclarissimo DOMINO

D: NO JOHANNI  
DEUTSCH,

Ecclesiae Hitolensium Pastori vigilantissimo & adja-  
centis Districtus Praeposito adcuratissimo,

NEC NON

Consistorii Viburgensis Adseffori æquissimo.

que Clarissimo VIRO

D E U T S C H ,

lis Aboënsi vigilantissimo.

animi veneratione ad cineres prosequendis.

cure, memor, non possum non pagellas has, levissimas lit-  
mi sacras facere, isque, cum aliud quod offeram de sit besti-  
benigne ut adspiciatis, mibi que in posierum, ut bucu-  
rit calida fundere suffiria, velit D. O. M. Vos in Rei-  
tium, diu fessipes atque incolumes servare. Sic vorer,

CARISSIMI

VESTRORUM

cultor

SEVONIUS. CIVACI

Dem Ehrwürdigen und Wohlgerathen Herrn,  
Herrn CARL GUSTAV LEISTENIUS

Wohl-meritirten Sacellano in Bierno,  
Meinem Hochgeeherten Vetter.

Dem Würdigen und Wohlgerathen Herrn/  
Herrn PETTER WIDQVIST,  
Wohl-meritirten Adj. Minist. in Kisika,  
Meinem für dieses lieben Informatori nun aber Hochges-  
ehrten Freunde und Gönner.

Dem Ehrenwesten und Kunsterfarnen Töpfer/  
Herrn CARL DEUTSCH,


Meinem Liebsten Mutter-Bruder.

**S**ie grose Gunst und Gewogenheit / welche Sie  
meine Herrn / mir allezeit erzeiget haben / ver-  
bindet mich anjeho zu einer öffentlichen und  
demütigen erkentlichkeit. Ich kan dahero nicht  
unterlassen / Ihnen / Diese Academische probe zu de-  
diciren, um meinem demüthigen / respect dadurch zu  
bezeugen / welche für Ihnen in meinen Herzen hege.  
Ubrigens lebe Ich der vester zuversicht / Sie werden  
weiter und hinsuro mich mit gewöhnlicher Gunst so wie  
bishero stets / begegnen und umfassen. Verharre

Meiner Hochgeehrten Herrn und Liebsten Mutterbruder

Ihro

Demüthiger Diener,  
DAVID SEVONIUS.



## PROOEMIUM

**A**dmiranda quidem est DEI sapientia, cuius in sacris pandectis plenissima reperiuntur vestigia; stuporem vero magnum nobis immittit amoris ejus, quo nos complectitur, sincerissimi pia consideratio. Rationes adsunt gravissimæ. Ille nos omnes Filii unigeniti sanguine a peccatis in æternum puniendis, atque morte, semper duratura, redemit. Ille nos barbara gente natos, præ cæteris gentibus elegit atque in foedus recepit. Ille nobis revelavit voluntem suam per verbum scriptum, quod in Sacris Bibliis reperitur. Hoc lucerna animæ: hoc potentia ad salutem: hoc sauciatis fons solatii, hoc norma & regula credendorum atque agendorum. Ad hujus inexhaustum thesaurum omnibus patet patebitque aditus. Cumque non omnibus datum sit adire Corinthum i. e. ipsos degustare fontes Hebræos & Græcos, maximi utique beneficij divini loco habendum,

providam DEI curam de versionibus in variis linguis  
 hominibus prospexit, nec sua defraudandi laude  
 qui huc operam contulerunt. Dissimulandum tamen  
 non est intra Ecclesiæ Christianæ pomaria reperiri,  
 ubi verbum illud a lingua originali ita translatum  
 est, ut varia loca sensum a Spiritu Sancto non intentum,  
 producant. Magnopere quidem variis temporibus va-  
 riis sudarunt Philologi in emendandis atque explican-  
 dis versionibus Biblicis; sed emendationes haec, nescio  
 qua causa, potius in libris Bibliothecis publicis atque  
 privatis inservientibus, inclusæ servantur, quam ut  
 ex iis nova atque a nævis repurgata conderetur ver-  
 sio, atque vulgo traderetur, qui sic consummatione  
 frui posset. Nec tamen hoc de omnibus versionibus  
 Sacri Codicis dicendum. Testantur enim Philologi,  
 versionem Danicam, Anglicam, Belgicam ut & re-  
 centem nostram Fennicam, palmarum reliquis præripe-  
 re. Ex versionibus Germanicis, quæ quidem plures  
 sunt, Biblia Veimarensia atque Stadensia maxime Franc-  
 kio Laudantur atque commendantur, vid. Observ. Bi-  
 blicas p. 357, 361 &c. Emendationes atque observa-  
 tiones Biblicæ in Germania prodierunt magno nume-  
 ro, quas recensere prolixum foret. Præter DASSOVII  
 Colleg. de Emphasi vocum & phrasium Hebraicarum  
 &c. & Franckii observ. Biblicas, aliorumque comme-  
 morasse tantummodo juvabit Doct. JOH SAUBER-  
 TUM, Theolog. & Antistitem ALTDORFINUM,  
 vastum in hac materia, cum viveret, conscripsisse  
 opus (quod ALTDORFII ann. 1694 in 4:o edidit  
 Doct. JOH FABRICIUS ubi plurima scripturæ dicta  
 emen-

emendantur. Ast! quid de Bibliis nostris vernaculis  
fentiendum? faceri debent omnes, qui se studio Phi-  
lologico consecrarunt, a textu originali illa ita ali-  
quando differre, quamvis in rebus minoris momen-  
ti, ut ei fere opponi videantur. Jam dudum insi-  
gnes in Svecia Philologi hoc agnoverunt, quare et-  
jam huic medendæ rei, varia ediderunt scripta. Bre-  
vityatis causa unicum tantum ex his nominabimus:  
Anno 1699 Anonymi cujusdam (Auctore Pering. Lü-  
jeblad/ ut Senator Cancellii Regii de Stjernman, in  
Centuria I, pag. 28, Anonymorum ex scriptoribus  
gentis Svio-Gothicæ &c, ostendit) prodiit scriptum  
sub rubro: Anonymi seu incerti Auctoris oförgräpelis-  
ga observationer angående Svensta Bibel version &c.  
quæ in nonnullis Privatorum Bibliothecis servantur.  
Nominatus Auctor his contendit, vel integra com-  
mata, vel partem quandam, quibusdam locis in ver-  
sione nostra abesse, vel parenthesin, qua caret textus  
originalis, appositam esse, ut Jer. XXXIII: 15. Ac-  
cusat translatorem non adtendisse rationem accentuum,  
unde factum sit ut verba transponerentur, ut Num.  
XIII: 17 ubi exstat: och Hosea Nunson kallade Moses  
Josua: ubi tamen ita sonare deberet: och Moses kals-  
lade Hosea Nunson/ Josua. Alternari personas, ut  
Deutr. XXIX: 5. Jud. V: 8. Jud. XIII: 13, 14.  
Num. XII: 12. Jer. XLII: 12. Multa verba male  
translata esse, ut Act. XXIII: 23, 24. ubi Resenärer/  
ponitur pro Ryttere/ Harkost pro öök/ Wijnbår pro  
Windruswor: Num. VI: 3. herdastaf pro Wagnsti-  
stel. Jud. III: 31 Mantel pro Sångtäcke XIV: 18.

Smör och Mjölk (quomodo enim biberet Butyrum  
 Sisera) Harpa pro Zithara I. Cor. XIV: 7. Döttrar  
 pro Björ och Ståder Num. XXI: 25. Jer. L: 42.  
 Textum Svecanum adversari Originali ut Act. XII:  
 25 (quam nunc emendamus) Jud. XX: 1 Jud. V:  
 17 & Deutr. XXI: 12. ubi: låta naglarna våra/  
 pro quo Svecus: omfåra naglarna. Multa item ab-  
 surda occurrere, sic de cicadis dici: Joël. II: 9. De  
 skola rida omkring Staden. Slå ihäl Själen Deut:  
 XIX: 11. XXII: 26 nec meliori jure dici: Deutr.  
 XXI: 13 Sof där Henne och tag Henne til Älta/  
 quasi concubitus anteiret matrimonium & alia ejus-  
 modi. His & aliis ab auctore breviter allatis, §. 13.  
 atque ipsas observationes sequentia claudunt verba:  
 versionen, den Svenska / är så illa verterad, at  
 jag kan visa in libris historicis, där texten aldra-  
 lättast är / innom 20 el'er 30 blad / mera än tusen-  
 de fel. Possunt quidem multa excusari, immo plera-  
 que a Raithio, acerrimo translationis Lutheri vindic-  
 ce, pro ipso allata ad Svecum nostrum quadrant, nec  
 ignoro nasutiiores interdum sequentium temporum e-  
 mendatores esse in B. Megalandrum, & eos, qui il-  
 lum seqvuti sunt, quod de Sveco interprete utique  
 verum est. Plura quidem hanc rem adferri pos-  
 sent, nisi verendum esset illos, quibus antiqua cordi  
 sunt, nimis offendit. Sed omittimus hæc ingrata, at-  
 que ex intimo pectore gratulamur nobis de benigna  
 effectione Statuum Regni Sveciæ, qui, vi postulati ve-  
 Venerandi Cleri, atque aliorum, emendatam atque a  
 vitiis repurgatam versionem Biblicam nobis promise-  
 re,

re. Largiatur DEUS suam gratiam iis omnibus; qui huic negotio auxiliatrices præbent manus. Interea B. L. accipe hæc, quæ Tibi jam sistuntur brevia cogitata in loca quædam Novi Testamenti, atque ut illa, benigna, qua soles perstringas censura, est, quod qua decet observantia, expetimus.

Loc. I. Act. XII: 25.

T. O. Θαραβας δε καὶ πᾶλιν ἐπέγεψεν οὐκ εἰρηνικά.

V. S. Men Barnabas och Paulus foro igen til Jerusalem.

N. E. Men Barnabas och Paulus vände tillbaka ifrån Jerusalem.

LUTHERI Germ. non minus quam versio Sveciana memorabili omnino hic laborant vitio. Erroris procul dubio caussa fuit, quod quidam Codices, quos enumerat Millius, pro ἐξ legant εἰς ιερουσαλήμ quos & editiones quædam sequuntur. Sed perperam id fieri & emendandas istas versiones esse, argumentis patet evidentissimis. Primo nimirum impingunt in fidem Historiæ manifestissime. Dicit namque illa missos Paulum & Barnabam Hjerosolymam, ut pecuniam pro egenis Antiochiæ Act. XI: 30 collectam deferrent, hocque perfunctos officio eo, unde venerant, Antiochiam reverlos. Deinde leclio præsens εἰς ιερ.

συληνα repugnat plerisque, iisque antiquissimis & probatis-  
simis Codicibus. Unde interpretatio quæ lectioni, per  
regulas Critices spuriæ, innititur, non potest non fal-  
sa esse & vitiosa. Denique reperiuntur manuscripta,  
quæ legunt ἐξ ἱερούλημας εἰς απόχειαν, adeoque pau-  
lo plenius quam pleraque reliqua. Sic legisse videtur  
SYRUS qui Textum Originalem transfert: *reversi*  
*junt Hierosolyma Anthiochiam.* Quomodo additamen-  
tum Illud: εἰς απόχειαν irrepserit, nunc non disquiri-  
mus. Satis nobis sit vel sic nostram sententiam  
confirmari.

Loc. II. Luc. XXII: 25.

T. O. O. βασιλεῖς τῶν θρόνων &c.

V. S. Verldslige Konungar regera/ och de som  
magtena hafwa/ kallas Nädige Herrar.

Quorund. Em. Folkens Konungar herska öfver  
dem/ och de som öfver dem väldet hafwa/ kallas  
Välgjermings-män.

Præterquam quod vocabulum verldslige super-  
fluum atque extra Textum Græcum sumtum est (non  
enim Cœlestes hic dominantur reges) circa vocabu-  
lum βασιλεῖς quod Svecus vertit Nädige / quæri pot-  
est recte ne id sit factum? de eo ultro citroque di-  
sputari videoas. εὐεγένεια compositum ex εὖ & εγένετο (be-  
ne, opus) potius beneficium liberatem quam clemen-  
tem

tem significare, differentiamque inter voces *laos* atque *esegies* quis non videt?

Harum prior denotans propitium clementem gratiosum semper non bonum solum immeritum alteri erogatum, sed & superiorem a quo illud proficitatur, supponit, unde de misericordia DEI erga peccatores in N. T. occurrit, & quidem bis tantum in hac significatione, sc. Ebr. VIII: 12. atque Matth. XVI: 22. vid. STOCKII Clavis N. T. p. 491. Posterior beneficia solummodo respicit, h. e. bona ad quæ præstanda quis stricte non est obligatus, itaque proprius utique ad ipsam vocem redditur Benefactor *Wäl-*  
*gjerningsman*. Quinam vero hic per *esegies* intelligantur, regnantes ne an eorum ministri, loca indicant parallela Matth XX: 25 atque Marc. X: 42. Adidunt quidam hoc incommodi ex versionibus ejusmodi qualis Lutheri & Sveci est, ortum esse quod multi se, immo perplurimi Dominos & Dominas gratiolos vocari patiantur. Non mirantur regnantes, qui clementiam suis præstare possunt subjectis, hoc Titulo insigniri, qui nec hujus dicti versione nitatur cum & in populo DEI *נְרִיבִים* aliis honorum nominibus Principes dicti fuerint; sed nobiles quosvis & modicæ omnino extra plebejum ordinem conditionis homines, qui ne quidem signa clementiæ ulla in alios edere possunt, cum alienæ potius misericordiæ aptissima sint subjecta, eo processisse, ut *nådg/ nådiga* salutari velint. Verum hi, ut jure querantur de profusione verborum ejusmodi publicorum, tamen nondum probarunt inde, unde volunt vanitatem istam natales repeteret. In versa potius  
ra.

ratione res se habuit. Scil. jam ante Lutherum pro *Benefactor* invaluerat illud *Gratiosus*, ut Principum & Magnatum cognomen, inque desverudinem planie, ut Titulus magnorum virorum, abierat priscum illud *eugenius*. Itaque vir B. ut rectius a rudioribus et jam intelligeretur, maluit usitatiorem jam eo tempore, sed æquipollentem honoris Titulum adhibere, quam vocis preesse inhærendo minus a lectore intelligi, si scil. posuisset *Gutthåter* / loco *Grädige Herrn*. Quo te vultu exiperet vir quidam in Regno Primarius, si loco tituli, qui ipsi vi muneric competit, tuo illo: *Wålgjerningsman* liberaliter honorare velles? Nil proinde, quantum video, in hoc loco a Lutherò & interprete Svecop peccatum est. Si scrupulosiorum hic omnino habenda esset ratio, sufficeret notula ad marginem indicare quid *eugenius* vi vocis significet. Abusus autem, si qui ex ista versione existissent; quod tamen nondum ut dixi, probatum est, illi neutri imputari possunt, utpote ex *accidenti*, non *per se*, inde provenientes: Sat satis habeamus utrumque interpretem longe alia spectasse.

### Loc. III. Matth. II: 11.

T. O. καὶ αὐτὸν τὸν θησαυρὸν αὐτῶν.

V. S. Dch uplåto sina häfvor n.

N. L. Dch uplåto sina kātil.

Unicum tantum hic notamus, interpretem non sat feliciter vertere häfvor / *θησαυρος* enim hic sumitur meronymice pro vasculo, arcula, repositorio, receptaculo & loco ubi res prætiosæ & bonæ conservantur, ut videri potest in libr. cit. p. 468, ubi illam signifi-  
ca-

cationem auctor huic loco tribuit, quod & ante illum Lamb. Bos, Cornelius Adami aliquae observarunt. Vocabulum vero hāfwor opes, divitiæ &c. in lingua Svecana non sumitur nec sumi debet pro yasculo, sed pro possessione aliqua, quæ per naturam vel gratiam, necessario vel Contingenter cui competit; est enim a rad. Svec. haswa habere. Sic enim recte adhibetur ab interprete Sveco 2. Cor. IV: 7. *Vi bär våra hāfwor i lerkärl;* ibi namque recte distingvitur inter hāfwor & kärl/ quorum unum est continens alterum contentum. *Upläsa autem sina hāfwor/ apperire divitias,* locutio esset in lingua nostra insuetior.

*Loc. IV. Joh. VIII: 59.*

T. O. Hēas s. Nīsc, ha Cālāow īx' aūn' &c.

V. S. *Lå togo de up stenar til at fasta honom/ men JESus gōmde sig undan och gick utaf Templet.*

N. E. *Fördensful upto go de stenar til at fasta honom/ men JESus gōmde sig undan och gick utaf Templet/ framgåendes emellan dem/ och gick (dem) saledes förbi.*

Cur verba διελθὼν αὐτῷ non exprimant neque Lutherus neque Noster, causla sine dubio est, quod desint in Codicibus nonnullis, & versionibus præterea quibusdam, speciatim vulgata. Immo existere qui pro glossemate omnino haberent ex Luc. IV: 30 ubi agitur de JESU per confertam Nazarethanorum turbam, transeunte, & quidem nemine lädente, pe-  
titio, quo pertinent ERASMUS, BEZA, GROTIUS,

MILLIUS. Verum a plurimis jam dudum & præcipue  
a GLASSIO in Philol. Sacra l. I. Tor. 2. 9. p. 166. 197. &  
FRANCKIO obs. Germ, p. 205 seqq. sicut & HOM-  
BERG loci ~~γενοτητα~~ salvam agnoscit, demonstratum  
est, verba illa ad textum originalem pertinere, quia  
in plerisque, iisque probatæ fidei Codicibus reperiuntur,  
& præterea a Syro exprimuntur, interprete omni-  
um antiquissimo, ut non sine ratione censent docti,  
eoque nomine vulgatae præferendo. Hinc versio Gal-  
lica hæc etiam habet verba: Mais JESUS se cache, &  
sortit du Temple agant passe au travers de eux: & ainsi  
s'en alla. Qui ex Luca huc translata esse volunt,  
nullis solidis rationibus nituntur, nec veri speciem  
opinioni suæ conciliare valent, cum ille locus nostro pa-  
rallelus censeri nequeat, ad aliam quippe occasionem  
referendus, ut dudum ab aliis observatum est. Pa-  
tet itaque æquum esse, ut illa versioni etiam Svecanæ  
interantur. Pluribus quidem hanc persequi materiem  
animus erat, verum angustia, qua premimur tempo-  
ris & Typographiæ, hoc vertuit; quare B. L. nos  
excusatos habeas, rogo.

S. D. G. S.

